



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib.
XII**

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

De sanctimoniali, quae dum nocte vellet ire ad seculum, & caput ostio
illideret, à tentatione liberata est, cap. 56

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

112 DE TENTATIONE

se ad illum inclinavit, & versiculum, qui eadem hora psallendus erat, in aurem vigilantis fortiter clamauit,
Abac. 3. dicens: Egredietur diabolus ante pedes eius. Qua voce audita, satis territus est ille: putans Abbatem per aliquam revelationem cogitationes suas peruersas scire, quibus tam manifeste sententia propheticavimus est respondere: nec aliter intelliges verba prophetarum, quam de se facta; timuit maledictionem eius si abiaret incurrere; & diabolum itineris sui ducem habere. sicque virtute diuina reuocatus a malo proposito, stabilis factus est; & miratus est Abbas ut intellexit.

CAPUT LVI.

Sanctimonialis quaedam circa principium conversionis suæ, sicut ipsa mihi retulit, tam grauer tentata fuit, ut doleret se venisse ad religionem. Reduxit ei ante cordis oculos diabolus delicias seculi, quas dimiserat; penuria monasterij quam sustinebat, & cœpit ex hoc grauiter tentari & contristari. Quæ cum tentationes diutius sustinere non posset, nocte quadam voti sui immemor, de lecto surgens, & de monasterio egredi volens, ad ostium quoddam, quod ad cœmiterium ducit, venit, ut transiliro muro ad seculum iret. Nutu Dei factum est, ut in superiori limite tam fortiter capite impingeret, ut concusso cerebro retrorsum caderet, & diu quasi exanimis iaceret. Tandem ad se reuersa ait: Quo vis ire misera? quod diabolo debuisti, hoc exoluisti: reuertere nunc in claustrum, quia non est voluntas Dei ut vsquam vadas. Vides quam misericorditer Deus suos conseruet, nunc personnia, nunc per quædam præfigia, nunc per flagella. Ex his satis poteris colligere, quod quædam nouitiorum tentationes, nec non & monachorum, non verbis humanis & exemplis possint curari, sed sola diuina virtute. Hæc tibi dicta sufficiant de tentationibus acedie vel tristitia. Vis nunc aliqua atidire exempla de auaritia? APOLLONIUS: Volo & desidero, quia hoc vitio non solùm seculares, sed & claustrales latus tentantur. Vnde peto ut idem vitium mihi describens, filias tuas enumeres, & sic exempla subiungas.

CAPUT